

Toronto Academic Institute.

SUMMER EXAMINATION: 1859.

LATIN.

Examiner: G. W. BARTLETT.

Translate:

Dianam teneræ dicite virgines;
Intonsum, pueri, dicite Cynthium:
Latonamque supremo
Dilectam penitus Jovi.

Vos lætam fluviis et nemorum coma,
Quæcunque aut gelido prominet Algido,
Nigris aut Erymanthi
Silvis, aut viridis Cragi;

Vos Tempe totidem tollite laudibus,
Natalemque, mares, Delon Apollinis,
Insignemque pharetra
Fraternaque humerum lyra.

Hic bellum lacrimosum, hic miseram famem.
Pestemque a populo, principe Cæsare, in
Persas atque Britannos
Vestra motus aget prece.

HORACE, B. I., Ode 21.

Translate:

Sed isdem temporibus Q. Catulus et C. Piso, neque gratia, neque precibus, neque pretio, Ciceronem impellere patuere, uti per Allobroges, aut alium indicem, C. Cæsar falso nominaretur. Nam uterque cum illo gravis inimicitias exercebant; Piso obpugnatus in iudicio repetundarum, propter cuiusdam Transpadani supplicium injustum; Catulus ex petitione pontificatus odio incensus, quod, extrema ætate, maxumis honoribus usus, ab adolescentulo Cæsare victus discesserat.

SALLUST CATILINA, Chap. 49.